Jacobus Mahull canonicus et prepositus ecclesie in spiritualibus et temporalibus vicarius generalis et officialis Illustrissimi et Reverendissimi in xpo patris et domini domini Antonii
Augustini dei et apostolice sedis gratia Ilerdensis episcopi dilecto nobis in xpo fratri Joanni Cubells presbitero ordinis sancti Joannis hierosolimitani presentis
[illegible] Ilerde nullum ecclesiasticum beneficium obtinenti salutem in domino Attendentes quod vacanti parrochiali ecclesia sive vicaria perpetua
oppidi ville nove de Sixena dicte diocesis Ilerdensis per obitum venerabilis fratris Petri Pigno presbiteri olim vicarii perpetui et possessoris eiusdem
fuerunt per nos iuxta decreta sacri generalis concilii Tridentini emanata edicta debite expedita et publicata ac reportata et ad eandem
ecclesiam sive vicariam sic vacantem fuisti coram nobis per honorabilem et discretum Franciscum Alonero notarium Ilerde habitantem procuratorem Reverende domine
Catherine de Torrelles priorisse monasterii de Sixena dicti ordinis sancti Joannis et diocesis Ilerdensis patrone dicte vicarie presentatus ipsaque pre
sentatione per nos admissa si et in quantum de iure admittenda erat admissa in eadem ecclesie sive vicarie te opposuisti et ipsa oppo
sitione admissa fuerunt ad te examinandum de tua honestate ad ipsam ecclesiam obtinendum electi et deputati tres examinatores ex
examinatoribus in sancta synodo diocesana per dictum dominum Ilerdensem episcopum in sua ecclesia Ilerdensi ultimo celebrata electis et deputatis et per
ipsam synodum approbatis qui te diligenter de tua honestate coram nobis examinarunt et habilem et idoneum ac in vita et moribus appro
batum invenerunt Et tandem super huiusmodi negocio fuit per Reverendum dominum Petrum Planta in utroque iure bachalaureum officialem prefati Reverendissimi domini Ilerdensis
episcopi lata sententia in et in qua inter cetera extitit quod meritis processus sive horum actitatis sibi constabat de iure patronatus dicte priorisse et de idonei
tate et habilitate tuis ideo et alias dictam vicariam perpetuam dicti oppidi ville nove cum suis iuribus et pertinentiis universis tibi adiudica
vit decernendo collatione provisione et investitura de eadem tibi fieri debere Attendentes etiam bonum et laudabile testimonium quod de te a fide
dignis accepimus perhiberi Igitur dictam parrochialem ecclesiam sive vicariam dicti oppidi ville nove de Sixena sic ut premittitur vacan
tem cum suis iuribus et pertinentiis universis tibi tanquam benemerito habili et idoneo reperto damus conferimus et assignamus ac etiam
providemus de eadem sine tamen preiudicio iuris alterius Teque per circulum birreti capiti tuo appositionem de dicta parrochiali ecclesia sive
vicaria presentialiter investimus cum omnibus iuribus et pertinentiis ad dictam parrochialem ecclesiam sive vicariam pertinentibus et pertinere deben
tibus quoquomodo curam et regimen animarum dicte ecclesie tibi harum serie committentes Mandantes tibi quatenus in dicta ecclesia personaliter
resideas et circa dictam curam talem te habere procures quod de animabus tibi commissis dignam altissimo reddere valeas rationem conscientiam
tuam super hiis in domino honerando Tu vero eris de cetero dicto Reverendissimo domino Ilerdensi episcopo eiusque successoribus ex iis canonice intrantibus obediens
et fidelis tenearisque catholice fidei professionem in manibus nostris facere et iuramentum prestare te in Romane ecclesie obedientia perpetuo per
mansurum iuxta formam ab eodem sacro sancto concilio Tridentino decretam et a sanctissimo domino nostro domino Pio felicis recordationis papa quarto ordi
natam sub [illegible] Datum Rome quarto idus novembris anni nativitatis domini millesimi quingentesimi sexagesimi quarti tenearisque etiam sinodalia
statuta et sententias prefati Reverendissimi domini Ilerdensis episcopi vicariorumque et officialium suorum atque alia monita salubria humiliter adimplere et dicte
parrochialis ecclesie sive vicarie perpetue iura in omnibus et per omnia defendere atque tueri Et residentiam personalem in dicta ecclesia facere prout
tenearis in dicta ecclesia horis diurnis pariterque nocturnis et eidem in divinis congrue deservire Nos enim dilecto nobis in xpo [illegible] presbitero dicte diocesis
quem tu [illegible] magis duxeris eligendum per presentes [illegible] committimus et mandamus quatenus te vel procuratorem tuum in persona tua in corporalem realem
et actualem possessionem seu quasi dicte parrochialis ecclesie sive vicarie iuriumque et pertinentiarum eiusdem mittat et inducat inductumque deffendat amoto
exinde ab eadem quolibet illicito detentore tibique faciat de universis et singulis iuribus ipsius ecclesie plenarie et integre responderi Contradictores
quoslibet et rebelles si qui sunt vel fuerint auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam viriliter compescendo In quorum fidem testimonium presentes tibi fieri iussimus
sigillo vicariatus prefati Reverendissimi domini Ilerdensis episcopi impendenti muniri Datum Ilerde vicesima die mensis maii anno a nativitate domini millesimo quingentesimo
septuagesimo quinto

Vidit vicarius generalis et officialis predictus

Registrata

1380-1-2026/6

Die vicesimo mensis maii anno a nat[ivitate] d[omi]ni Millesimo quingentesimo sexagesimo quinto In p[raese]ntia [illegible] Cubells presbiter ordinis sancti Joannis hierosolomitani rector sive vicarius perpetuus parrochialis ecclesie [illegible] de rivipena [illegible] Ilerden[sis] In p[raese]ntia mei francisci calaff Ilerde not[arii] p[ubli]ci ap[osto]lica et [illegible] auctoritate [illegible] viciatus et officialatus [illegible] Antonii Augustini [illegible] gratia [illegible] et testium [illegible] et assumptam professionem [illegible] Jacobi massot canonici et prepositi eiusdem [illegible] prefatis [illegible] Ilerden[sis] [illegible] retroscripte littere fit mentio In forma prefatis [illegible] [illegible] et Josepho dezvalls procuratores eiusdem Ilerden[sis] protestationibus ad premissa [illegible]

In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum manu aliena scriptum ego idem franciscus calaff not[arius] et scriba [illegible] [illegible] premissis vna cum prenominatis testibus presens fui hic meum solitum artis notarie appono sig[num]

282

1565

Villanueva

[illegible] per hoc presens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter quod anno a nativitate domini millesimo quingentesimo sexagesimo [illegible] vicesimo [illegible] mensis maii apud locum villenove de sixena [illegible] in presentia [illegible] Jacobi [illegible] [illegible] frater Joannes Cubells presbiter ordinis sancti Joannis hierosolomitani Ilerden[sis] [illegible] vicarius perpetuus parrochialis [illegible] [illegible] virtute et vigore [illegible] realem et actualem et corporalem possessionem [illegible] parrochialis ecclesie [illegible] [illegible] sub penis [illegible] [illegible] [illegible] cum illis quibus decuit onere et [illegible] recipiens et [illegible] dictus frater Joannes Cubells [illegible] realem actualem corporalem et pacificam possessionem dicte parrochialis ecclesie [illegible] jurium suorum per accessionem ad altare maius [illegible] dicti altaris et libri missalis [illegible] orationis [illegible] et per [illegible] dicti altaris [illegible] [illegible] ecclesiam deambulationem et alia [illegible] realem actualem et corporalem possessionem [illegible] publice et [illegible] omnibus et singulis ante dicto fratri Joanni Cubells ad conservationem [illegible] [illegible] [illegible] fieri et confici [illegible] [illegible] anno [illegible] [illegible] calendari [illegible] presentibus [illegible] pro testibus [illegible] vocatis [illegible] honorabili Jacobo desanto agricola [illegible] gaspare [illegible] [illegible] loci villenove de sixena [illegible] et habitatoribus

Sig[illegible]num mei Petri [illegible] habitatoris loci villenove de sixena auctoritateque regia per totam terram [illegible] serenissimi domini [illegible] regis aragonum publici notarii qui premissis omnibus et singulis interfui et clausi